

## **Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D. Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo  
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm  
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

**Mezger, Paul**

**Augustæ Vindelicorum, 1695**

Articulus II. An, & quâ suâ dispositione Angeli fuerint creati in gratia?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73455](#)

6. Ad 2. est duplex *Responso*. Primo. Quid via seu status merendi Angelorum fuerit tam brevis, ut pro peregrinatione (que longiorum viam significat) reputari non debeat. Secundo & melius, quod boni Angeli nunquam à DEO peccando recellerint, sicut Luca 15. Filius prodigus dicitur *peregrinè profectus*, quia à statu gratiae peccando deflexit.
7. Ad 3. Respondeo. *Ly à principio accipi posse vel pro initio & primo instanti creationis, & tunc per ly lucis & claritatis non intelligi visionem beatificam*, sed præstantem cognitionem mysteriorum gratiae extra Verbum, quam omnes Angeli habuerunt: vel pro duratione proximè consequente Angeli & mundi creationem; & tunc sensus erit, solos bonos Angelos statim & non diu post suam creationem fuisse elevatos ad visionis beatificæ claritatem.
8. Objicies ex ratione. Sequitur ex nostra assertione, quod dæmones de facto essent beatitudinem beatitudine naturali: sed hoc est falsum: cum naturalis beatitudo consistere nequeat cum summa miseria naturali, quam dæmones aeternis suppliciis cruciat patiuntur. Sequela probatur primo, quia de ratione beatitudinis est, quod sit inamissibilis: ergo si Angeli habuerunt in primo instanti creationis beatitudinem naturalem, illam euiamnum inamissibiliter obtinuerunt. Secundò. Quia juxta Dion.

## ARTICULUS II.

*An, & quâ suâ dispositione Angeli fuerint creati in gratia?*  
SUMMARIA.

1. *Auctoritate probatur omnes Angelos esse creator in gratia.*
2. *Ratio Doctoris Angelici.*
3. *Exponitur, quomodo diabolus ab initio peccaverit?*
4. *Exponitur dictum Joannis Pape.*
5. *Sufficit gratia prioritas & medietas naturae inter naturam & gloriam.*
6. *Angelus proprio charitatis actu fuit dispositus ad gratiam.*
7. *Ille actus erat imperfectè liber.*
8. *Tamen si esset ex gratia, potuit disponere ad gratiam.*
9. *SS. PP. adstruunt proportionem gratie secundum gradum naturalis perfectionis in Angelis.*
10. *Ratio Doctoris Angelici.*
11. *Non tamen perfectione naturalis est dispositio, vel motivum ad majorem gratiam.*
12. *Disparitas de homine, & operatione naturali.*

### §. I.

*Adstruitur Angelorum creatio in gratia.*  
**C**ONCLUSIO. I. *Omnis Angelus fuerunt creati in gratia.* S. D. hic a. 3.

Probatur primò ex illo Ezech. 28, ubi de Lucifero: *Tu, Cherubim in medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in viis tuis à die conditionis tuae, donec inventa est iniurias in te.* Ergo habuit Angelus perfectionem ab initio sue creationis, quam peccando amisit: sed hæc non fuit natura-

naturalia in demonibus manserunt integra, sed beatitudo naturalis est quid pure naturale, quippe consitens in naturali cognitione & dilectione DEI Authoris naturæ: ergo.

Respondeo negando sequelam, cuius probatum probationem ita distinguo: de ratione beatitudinis simpliciter est, quod sit inamissibilis, concedo, de ratione beatitudinis secundum quid, nego antecedens & consequentiam. Nam beatitudo naturalis non est beatitudo simpliciter, sed secundum quid. Supposita namque elevatione naturæ intellectualem in finem & beatitudinem supernaturalem, jam beatitudines alteri supernaturali subordinata (sicne non nisi beatitudines secundum quid) le solluquit explore appetitum rationalem, & illa amissio ipsa quoque indirecè & ex consequenti amittit. Ad 2. quoque probationem distinguo: maiorem, naturalia in demonibus manserunt integra, quod entitatem & in ordine physico, concedo (et ita intelligendum est illud axioma è D. Dionys. desumptum) quod omnem modum perfectionis, & in ordine moralis, nego. Sed beatitudo naturalis est quid naturale, pertinens tamen ad ordinem moralis, & includens reætitudinem voluntatis, conditio, non pertinens ad hunc ordinem, necludens reætitudinem voluntatis, nego minor & consequentiam.

Probatur secundò. Auctorit. SS. PP. & quicunque D. Hieron. in OI. c. 3. sicut dæmones, qui laeti propria dignitate, & nibil antiquæ gratia pesident aridi sunt. Et in illud Job. 4. Et in Angelis prius reperit pravitatem, dicitur, inquit, Diabolus, quodam sanctus Angelus fuit. D. Gregor. vita Ezech. Iupræ citata explanans l. 32. Moral. c. 6. quia, inquit, inter Angelorum corda chamaigne succensa, clarus gloria conditio extitit.

Probatur 3. ratione. DEUS Angelos condidit in ordine ad gloriam propriis actibus & meritis, ut dicetur, consequendam: sed hanc sine merita non potuerunt consequi sine gratia; ergo DEUS ipsis contulit gratiam, seu principium meriti & leti gloriarum. Sublumo: atqui DEUS rebus omnibus ab initio sua conditionis indidit feminam virtutem ad producendos effectus, quibus sum præstitutum consequentur: ergo etiam Angelus ab initio sue creationis collata fuit gratia, quia post actus meritorios producere & gloria conuenient.

Confirmatur à paritate Adami, cui gratiam latenter & significantem initio creationis concessam sufficit, datum est à Trid. Sels. 5. Can. 1. Nil minus igitur de Angelis quoque est sentiendum.

Neque obstat primò. Illud Jo. 8. ubi dicitur: *ab initio diabolus peccat.* Nam primò iste initium non est accipendum Mathematicè pro primo instanti creationis, neque enim in illo Angelum peccare potuisse dicetur in seq. sed moraliter pro-

## §. III.

Mensura gratiae Angelice.

**C**ONCLUSIO III. Angeligratiam, consequen<sup>9</sup>ti gloriā acceperunt iuxta proportionem & inaequalitatem naturalis perfectionis, Ita S.D.a.6.

Probatur primo auctoritate SS. PP. e quibus D. Basilius I. d. Spiritu S.c. 16. ait: *Calorum viri-  
tutes non suāpe naturā sancte sunt, sed juxta pro-  
portionem, quā se invicem superant, a Spiritu ha-  
bent sanctificationis mensuram.* Et Damasc. 2. de  
fide c. 3. per Verbum ipsius Angelī omnes creati  
sunt, ac per sancti Spiritus sanctificationem omnes  
perfectionis numeros acceperunt, ita tamen, ut pro  
sua quisque dignitate & classe luminis, gratieq[ue]  
participes sint.

Probarat secundò ratione. Perfectior effe<sup>10</sup>  
ctus à sapienti arte ordinatur in finem perfe-  
ctionis: sed DEUS Angelos ordinat in finem  
beatitudinis aeternā: ergo perfectiores Angelos  
ordinat in perfectiorē beatitudinem, sed beatitu-  
dine conservat juxta gradum gratiae, quæ est se-  
men gloria: ergo perfectior Angelus accipit per-  
fectiorem gratiam.

Caterūm cùm dicimus, Angelo perfectiori se-<sup>11</sup>  
cundūm naturam conservari perfectorem gratiam,  
non volumus, quod ipsa natura sit vel ratio men-  
surans, vel dispositio vel initium, vel motivum ali-  
quod Divinæ gratiae, quod contra Pelagianos &  
Semipelagianos rejectum ex Tract. de gratia sup-  
ponimus; sed quod DEUS iuxta Divinæ sua artis  
sapientissimam dispositionem, quam ex SS. PP.  
dictis colligimus, perfectiores Angelos ad perfectio-  
rem gratiam & gloriam extrinsecè ordinaver-  
rit, & juxta quantitatē naturalis perfectionis  
extrinseco sive & gratuito beneplacito quantita-  
tem gratiae & gloria menluraverit.

Oppones primò: In hominibus gratia non con-<sup>12</sup>  
seritur secundūm majorem perfectionem naturæ:  
ergo neque in Angelis. Secundò non datur per-  
fectior gratia & gloria intuitu perfectioris opera-  
tionis naturalis; ergo neque intuitu perfectioris  
nature.

Respondeo negando utramque paritatem. Et  
ad 1. ratio disparitas est, quod diversitas for-  
malis & specifica est ob diversitatem finis, non  
autem diversitas tantum materialis, vel acci-  
dentalis: atqui in Angelis est diversitas formalis & specifica; in hominibus vero tantum ma-  
terialis vel accidentalis: & sic conveniens erat  
perfectiores Angelos ordinari ad perfectiorem  
gratiam & gloriam, non autem perfectiores  
homines. Ad 2. quoque disparitas est: quod  
si major gratia daretur intuitu perfectioris opera-  
tionis naturalis, censeretur tribui per mo-  
dum meritis, siquidem meritum in opera-  
tione consistit: at cùm tribuitur major gratia in-  
tuitu perfectioris naturæ, tantum censeretur tri-  
bui propter extrinsecam ordinacionem creantis,  
quā nempē DEUS libero suo beneplacito per-  
fectior. Angelī naturam ad perfectiorem grasi-  
am & gloriam ordinavit. Unde natura An-  
gelica non se habet vel ut dispositio; vel ut  
motivum vel initium, aut ratio mensurans Di-  
vinæ gratiae, sed præcisè ut subjectum Divinæ  
ordinationis, neque in rigore loquendo, dicen-  
dam

N n 2

dami

duratione non multum distante à prima creatione,  
Secundò juxta expositionem, S. D. q. 63. a. 5.  
ad 2, ex D. Aug. 11. de Civit. desumptam, non  
ab initio, ex quo creatus est, peccare putandus est,  
sed ab initio peccati, scilicet quia nunquam a pec-  
cato receperit.

Negue obstat secundò Authoritas Jo. Papæ in  
c. vñ litteris 16. q. 2. de diabolo dicentis: do-  
lit enim caris & erubet cit, charitatem, quam in cor-  
lo nequivit habere, homines constantes ex letitia na-  
tura tenere in terris. Nam ly habere hoc loco acci-  
pitur in sensu, quo & ly tenere, pro consolante  
possidere, sicut S. Pontifex loquitur tolim de  
charitate perieveranter conservata, non de primò  
acquisita.

Nec obstat terriò, quod gratia sit media inter  
naturam & gloriam, quia hanc medietas & priori-  
tas inter naturam & gloriam, non est necessariò  
temporis, sed naturæ, ut patet in Adamo.

## §. II.

Fuerintne Angelii dispositi ad gratiam?

**C**ONCLUSIO II. Angelus ad gratiam in pri-  
mo sua creationis instanti acceptam fuit dispo-  
nitu per proprium actum charitatis. Ita communis  
Thomist. contra Capitulum, & Molinam.

Ratio est: de Lege DEI ordinaria nulli viatori  
adulio infunditur gratia, sine propria liberi arbitrii  
dispositione & motu, ut aliunde suppono, sed  
Angeli se habent, sicut Viatores adulti, siquidem  
in illis nulla fuit rationis instantia; ergo gratia  
fuit ipsi concessa iuxta cuiusque propriam dispo-  
sitionem: sed motus liberi arbitrii proxime dispo-  
nens ad gratiam est, & in Angelo aliis esse non po-  
nit, quā actus charitatis: ergo.

Dices tamen primò. Si Angelus in primo in-  
stanti sua creationis eliciisset actum charitatis,  
non possit in secundo instanti peccare, conse-  
quentes eis talium: ergo. Sequela probatur. An-  
geli est infelixlibus arbitrii (ut infra dicetur) ita  
ut quod semel elegerit, respire non posic. ergo  
Si in primo instanti creationis DEU M superomni-  
tia dilexisset, etiamnum diligenter.

Repondeo, negando sequelam, cuius probatio-  
nen distinguo. Angelus, quod semel ex perfecta  
deliberatione & propria applicatione elegerit, re-  
spire non potest, concedo, ex imperfecta libertate &  
extrinseca applicatione, ac speciali DEI mo-  
tione nego. In primo autem instanti speciali  
DEI motione Angelus applicatur ad dilectionem,  
in secundo primum semetipsum ex perfecta deli-  
beratione applicat, & moverit in finem, de quo in  
sequentiibus.

Dices secundò. Actus Charitatis, quem ha-  
bitus Angelus, necessariò est ex gratia: ergo non  
disponit ad gratiam. Consequentia probatur.  
Si disponeret, esset prior gratia; sed non potest  
esse prior hoc ipso, quod procedat ex gratia:  
ergo.

Respondeo ex iis, qua docentur de gratia, ne-  
gando consequentiam, & probationem distinguo,  
esse prior in genere causa materialis, & disposi-  
tio, concedo, formalis, vel efficientis, nego, & si-  
multiter distincta minore, nego consequentiam,

R. P. Mezg. Theol. Schol. Tom. I.

dum est, quod DEUS intuitu perfectioris naturae det majorem gratiam, sed quod secundum proportionem naturalis perfectionis det gratiam supernaturalem.

## ARTICULUS III.

An et quantum tempore Angeli meruerint suam beatitudinem?

## SUMMARIUM.

1. *Autoritas SS. PP. pro merito beatitudinis.*
2. *Ratio, proportionatus modus asequendi suam beatitudinem.*
3. *Etiam omnes Angeli in primo creationis instanti merebantur beatitudinem.*
4. *Dubium de libertate actus.*
5. *Defenditur libertas.*
6. *Respondetur ad rationem dubitandi.*
7. *Quid sint instantia via Angelica.*
8. *Via malorum.*
9. *Et bonorum Angelorum constat tribus instantibus.*
10. *Angeli boni consecuti beatitudinem statim post instantis plena libertatis.*

## §. I.

*Adstruitur meritum beatitudinis.*

**C**ONCLUSIO I. *SS. Angeli meruerunt beatitudinem.* Ita D. Th. hic a. 4. cum comm. DD. & SS. PP. ex quibus clarissime D. Gregor. M. hom. 7. in Ezech. *Natura Angelica, quando creata est, liberum accepit, urum vellet in humilitate persistere, & in omnipotenti DEI conspectu permanere: an ad superbiam laboretur, & à beatitudine caderet; sed quia cadentibus aliis, sancti Angeli in sua beatitudine persistierunt, hoc acceperunt in munere, ut jam cadere omnino non posset. Et D. Antolin. l. d. cal. diab. c. 24. palamigitur est, quia sicut illi (malo Angelo) non posse recuperare, quod deseruit, est pona peccati: ita huius (bono Angelo) non posse deserere, quod tenuit, est premium iustitia.*

*Ratio est: quelibet creatura pertingit ad suum finem per propriam operationem proportionatam naturae, & fini ipsius; unde si agens sit naturale, finem suum actione naturali consequitur; si morale, ut natura intellectus, etiam moraliter, h. e. meritiorie, illum consequitur: atque Angelus (agens intellectus & morale) est creatus ad obtinendam beatitudinem supernaturalem: ergo etiam illam meritiorie consequitur.*

**C**ONCLUSIO II. *Angeli omnes in primo instanti sue creationis meruerunt gloriam per actum charitatis.* Ita S. D. hic q. 63. a. 5. ad 3. & 4. & a. 6. in c. quamvis aliquando videatur sensisse oppositum, nempe q. 16. de malo. a. 4. ad 3. *Ratio est, quod actui charitatis in primo instanti elicito nil desit, quod minus sit & dicatur meritiorius: nam est actus viatoris, in gratia constituti, supernaturalis, & in ultimum finem supernaturalem relatus & liber.*

**4.** *De ultima conditione sola potest esse dubium. Nam quo pacto potest actus esse liber pro eo instanti, pro quo non ponit non potuit? sed pro eo instanti non ponit non potuit, quia Angelus voluntas ad illum actum specialiter fuit a DEO determinata, & si Angelus illum omisisset, peccasset, supposito precepto dilectionis: atqui*

*Angelus in primo instanti peccare non potuit, ut dicetur inferius,*

*Sed nihilominus etiam ista conditio non definit actu dilectionis ab Angelo in primo sue creationis instanti elicito: ut licet non haberet plenam & completam libertatem contrarietas, qua sufficeret ad peccandum; haberet tamen inchoatam libertatem & contradictionis, que sufficeret ad merendum. oportebat enim Angelicum creaturam etiam in illo instanti modo lux natura proportionato operari, & a DEO ad operandum applicari: sed modus operandi creature Angelica pro illo statu proportionatus fuit, ut libere operaretur, ergo sic fuit operata, atque ad talen operationem a DEO applicata.*

*Ad rationem dubitandi Respondeo, illud actum potuisse non ponit absolute & in sensu diviso; non potuisse non ponit in sensu compósito & ex suppositione tum precepti tum applicationis Divine; quæ necessitas quia non est antecedens, sed conseqüens, iuxta doctrinam Thomisticam in Tract. de gratia, non tollit libertatem dilectionis Angelicæ. Nec ideo Angelus in primo instanti peccare potuit; quia non poterat illum aliam omittere in sensu compósito precepti, & cum differentiatione contrarietas ad bonum & malum; sed solum in sensu diviso precepti & cum differentiatione exercitii & contradictionis: de quo plus partim in Tract. de incar. partim de grat.*

## §. II.

*Instantia via Angelica.*

**V**IA Angelorum est status merendi, quo poterunt tendere & pervenire ad terminum vita eterna. Instantia Angelica non sunt momenta temporis Mathematicè indivisibilia, sed operationes Angelicæ, unde tot sunt ponenda instantia pro duratione via Angelica, quæ diversis operationibus illa absolvitur.

**C**ONCLUSIO I. *Malorum Angelorum constat tribus instantibus.*

*Ratio est. Quia tot sunt diversæ operationes ipsorum vel intrinsecè componentes statu viae, vel illum extrinsecè terminantes. Nam in primo instanti creationis erant per supernaturalem dilectionem conversi in DEUM: postea per punitum a DEO liberè aversi. Tertiò in statu damnationis summâ tristitia affecti, odio DEI ac desperatione repleti. Addit, quod Angelus in uno instanti non possit mutare locum, ut super dictum: ergo malus Angelus fuerit de celo in infernum detrusus, necesse est, poni duo instantia, in quorum uno ultimo fuit in celo, in altero vero punito fuit in inferno.*

**C**ONCLUSIO II. *Etiam bonorum Angelorum via tribus constat instantibus.* Nam & in irreperibili triplice latere moralis differentiatione operationum. Nam in primo amabant suam naturalē excellentiam ac perfectionem cum subiectione & sub-